JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 157r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



scriptis citamus ut coram nobis proxima die Sabbati ante
nunc instans festum Sancti Joh. Bap. in Consi-
storio pragen. hora tertiarum aut in loco ubi nos
presidere contigerit. Item compareat N. Rectori vel
clerico super contentis in dicta litera commissionis et
alias de iustitia responsurus factus in premissis et quolibet
premissorum quod ius et ratio persuadebunt. Eundem
certificantes quod sive in dicto citationis termino comparuit
sive nos nos in dicta causa cum partibus dicti Rec-
toris sive dicti clerici prout de iure fuerit auxi-
liante domino procedemus. Datum Prage tali die Anno
domini M° CCC° LXXXVIII° Pontificatus domini nostri domini
Pape VI Anno suo XI nostro subimpresso sigillo.
In signum executionis huiusmodi presentem nostre citationis
literam reddite vestro sigillo appendentem sigillatam.
Nota quod contra citationem potest excipi multipliciter
Primo potest excipi quod sit ultra unam dietam a finibus
diocesis unde est citatus vel ubi res est sita de qua
agitur ut no. de rescript. nonnulli et e. ti. c. statut.
li. VI. Item excipitur quod citatus sit infirmus vel
obsessus vel mors imminebat vel gravi necessitate
persecutionis vel naufragio urgebatur ut no. v.
q. iii. Si egrotans de procur. c. querelam. Sed quia
infirmus personaliter citatus non cogitur venire sed
debet excusationem mittere de do. et contu. c. dilecti.
Item excipitur quod sit captus ab hostibus tunc non
artat citatio secus si ipsum capi procurasset

Exceptiones contra citationem